

objectum, ex quo tentatio proficitur; qua in re non recedendum est ab illis, quae docuimus, cum de proxima occasione, voluntaria, vel involuntaria loqueremur. Recidiva saepe etiam per peccatoris infirmitatem, atque imbecillitatem accidit; quomobrem dicitur vulgo, quaedam esse fragilitatis peccata, quae vel ex ignorantia, vel incuria, vel defectu considerationis, aut officiorum suorum, aut gravitatis peccati, procedunt, vel originem ducunt ex passionis vehementia, vel exteriorum objectorum sensus nostros sollicitantium illecebra. Haec sunt infirmitatis peccata eam tantum habentia infirmitati. Confessorum igitur interest ad examen revocare, utrum haec omnes recidivae, quacumque ex origine fluant, & quacumque circumstantiis illas comitentur, efficere debeant, ut illis, qui eidem sunt obnoxii, absolutio negetur, vel differatur.

PARAGRAPHUS VI.

Delebi ex Affectibus, recentioribusque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Recidiva procedunt ex propensione in malum, & ex habitu peccati.

Difficile est habere fidem cordi inconstanti, & quo jam fuimus decepti: immo in his iteratis lapsibus non desunt circumstantiae quaedam, quae finalem portantur impenitentiam. Nullus dubitandi locus est, utrum gravior sit crimen in idem peccatum relabi, quam alterum aequae enorme committere. Jam peccati, quod reliquimus, horrorem poenamque sentimus, illud metu, atque tumultu animam nostram replevit, jam lacrymas elicit; oportet igitur, magnum eidem esse in cor nostrum imperium, vel luttumam esse relabentium infirmitatem. Alia criminata non nisi generali, consuetaque oculorum conspectu sumus intuiti; sed in hoc uno suam considerationem anima statuit; ideoque illius turpitudinem palam comperta esse debet, & explorata: admodum ergo induratus sit, oportet, qui in illud rursus dilabitur. Parte ex altera, ubi cor humanum cognoscitur, liquet, inveteratos habitus fere nunquam perfecte deleri; anima in hoc scelus ferebatur; studium hoc suum frequentem lapsu roboravit, confirmavitque, quomodo nam retineri poterit? Saltem magis naturale est, corruptionem hac gliscere, quam alibi contumeliam Deo inferendarum materiam inquirere. Si peccati hujus horrorem vidisti, illius etiam dulcedinem gustasti, quae vulgo magis movent. Quomobrem penitentes iure infirmam hanc cordis partem, ubi jam ruina facta est, communiter pro viribus fludent; quemadmodum summa cura, ille arcis locus cements obstruitur, quae semel hostis ingressus est. Ex Anonymo Auctore.

Recidiva estendi peccatam non fuisse.

Cum relaberis post aliquot dies, vel hebdomadas, ex quo animum appulisti, ut temet ipsum serio convertereres, haec dicenda non est poenitentia, sed ad summum inutilis vitiorum, virtutumque vicissitudo; & dubitandi locus est, initium conversionis consilium sincerum non fuisse, quoniam adeo celeriter immutatum est. Quamvis inconstans sit hominis voluntas, non ita celeriter mutatur in illis, quae animo certo vult; primae cogitationes primum obliteranda sunt, ac sensim imminuenda desideria, antequam alia, quae sunt opposita, concipiuntur. Quid existimasset in praelium profecturus, vix urbe egressus eadem abiceret, ac domum suam revertetur? Quid de illo diceret, qui tertia post reparatam gratiam die aliquam tibi contumeliam inferret? Putares ne, in sacro illi vultu ullam sinceritatem, vel aequitatem inveniri? Idem.

Vulgare est propter quas relabimur.

Nonnumquam in peccatum relabimur, quia nulla usi sumus diligentia, ut illud evitarem. Homo, qui naufragium passus, iterum scapham conscendit, ubi ventum eundem perflare videt, hic maris iram non timet; & qui ex morbo convalescens abstinere detrectat ab illis, quae tantum sibi mali pepererunt, fati debet voluptatis, quam velle videtur amorem in se magis valere. Videre superius objectum, quod cupiditatem accendit, ac velle videre illud, quod aliquid inde mali consequatur: dicere, amorem in amicitiam converti, ne id quidem est semet ipsum decipere. Scelus inopinatus habet reditus; amici nomen sensim oblivioni traditur, eique amantissimas subjicitur. Objectum, quod amas, cum pudorem tuum supe-

rare non poterit artibus, officisque suis, vult saltem sub alio nomine te propius retinere, sperans futurum, ut cor, quod non aequae semper invigilat sibi, ex semet ipso ruat, eaque adfuit momenta, quibus offerat ultro, quod ante renuebat. Hoc pacto vitium dissimulatur, non corrigatur. Idem.

Cum sine dolore, aut modica adhibita resistentia relabimur, finali impenitentiae proximi sumus. Qui in peccatum per infirmitatem recidunt, illuc non nisi aegre relabuntur, tentatio illos trahat opus est: sibi met ipsis praelium inferunt; peccatum dimidiatum tantummodo patrant; non nisi trepidantes illi consentiunt; ob infidelitatem suam rubore suffunduntur; voluptas ipsa dolorem immiscet; hanc etiam exprobrat sibi, conatus exerunt, ut inde emergant, utque revertantur ad Deum, cum interim alii fere nunquam hzereant, & quantumvis crimen suum nunquam malorum omnium maximum fuerint exccrati, illud tamen sine fine, ac repugnancia patrare non cessant. Hujus characteris recidiva manifestum indicium est; relapsum in finem usque in scelere perseverantium. Idem.

Id, quod S. Petrus, dixisti, idem, quod ille, pollicitus es Dei viventis Ministris, ipsum Deo: *Etiamsi oportuerit me mori.* Matth. 26. Uti que Domine, licet jam hoc mihi acerbum sit; licet vita ipsa effundenda esset mihi, me tamen semper constantem, semperque legi tuae adhaerentem reperies. Præteritum me pudet; illud lacrymis profectus sum, & professor. Sed parce mihi, o Deus, & futurum tantummodo respice; non te negabo. Sinceræ promissiones, promissiones, quas acerrimi poenitentiae sensus comitantur, promissiones illius iteratæ, promissiones, quae consilium replent consolatione. Has ille audit, Deoque gratias agit sed post hæc si cum hac promissionem sinceritatem, dolorisque magnitudine, in occasionem te pertrahit finis, vel temet ipsum implicat, te castrum non esse, affirmare non possum. Cades: *at ille negavit.* Iterum, iterumque rursus relaberis, & lapsus semper erit gravior: *at ille iterum negavit.* P. G. Youssi, sermone de Recidiva, qui in Quadragesima illis potremus est.

Eger, rursus morbo implicatus, difficilis convalescit, & ratio est, quia recidiva omne illius temperamentum evertit, omnes corporis dispositiones immutat, ac illud ita prægravat, ut tandem cedere tenetur. Hoc ipsum in animæ morbis experimur. Videmus homines ita suis cupiditatibus addictos, ita libidinibus suis mancipatos, ut nihil eos excitare, & commovere possit. Quamnam tibi remedia proficiunt? Num acres exprobrationes, quibus illos corripit? At nihil dices, quod non audierunt, cum ad Deum reverti sunt: attamen licet hæc audierint omnia, eorumque præsentibus ob oculos eorum recordatio veritatem, relapsi sunt. Num ideo iudiciorum Dei, qui illis ad vivum describit? An non alter hæc illi exhibebis, ac ipsi ea animo conceperunt, cum eorum intuitu deterriti ad poenitentiam confugerant: attamen illi terrores prohibere non poterunt quominus relaberentur. Numquid magnum salutis suae negotium, quod illis ob oculos statueret conaberis divinæ promissiones, quas exhibebis, amor Dei, quem illis inspirare studebis? At quid in his erit, quod ipsi in superiori conversatione non viderint? Attamen, licet hæc omnia cognoscerent, relapsi sunt. Hæc igitur in illis nullam amplius vim habent. His jam affueverunt; hæc voces sunt, quæ eorum aures quidem pulsant, sed cor ipsum non penetrant: non secus ac aliquando corpus ita pharmacis assuevit, ut hæc in eodem ulterius agere nequeant. Idem.

Contra peccatorem relapsum terribilem sane profert propositionem S. Petrus Apostolus, melius homini futurum fuisse nunquam cognovisse veritatem, quam semel cognitam abrenunciare; numquam aperuisse oculos, quam semel apertos claudere; nunquam in salutis viam ingressum fuisse, quam semel ingressum ab eadem recedere. Mirum sane verbum! Quem in statum redactus est auditor? Cur non semper viam eandem secutus es, semper peccator, semper Dei inimicus? Hæc pro te vota nuncupare cogimur; perseverantia in peccato, pertinax perseverantia magis quodammodo optanda, quam inutilis, & inconstans nefariorum vitæ interruptio; & ratio constat. Vel enim poenitentia vestra falsa est, atque tunc habitualis

Recidiva sine dolore indicio est, te in finem usque in scelere perseverantium.

Peccator, qui relabitur, diffidit, & in peccatum revertitur.

Præfinitio peccatorum in statu prioris peccati manifeste quam in illud post poenitentiam revertit.

scelerum habitui additur sacrilegium: vel sincera vera, & perfecta fuerit, utrum propositum constans, ac firmum, ideoque ex necessaria illatione, utrum poenitentia valida fuerit, an chimerica, & fallax, fides enim nobis proponit tanquam certissimum articulum, dolorem nunc essentialem esse hujus Sacramenti partem, sine qua nullum est. Quicumque autem incessanter ad idem revertitur scelus, nonne magis, quam probabiliter videt, omnem hanc protestationem seriem, qua sibi met ipsi hanc statim demulavit, nihil esse, nisi simulationes quasdam, mensuras velleitates? Numquid hominis voluntas duas habet agendi rationes, ejus consilia nunquid sunt diversæ naturæ? Video eum de mundi hujus bonis agitur, nullam rem efficiere posse, ut ad id, quod semel reliqueramus, illico revertatur. Ullane ratio nos cogit, ut nos a quibusdam rebus arceamus, illas horreamus, & excremur? Nescimus, quid sit, illas postid tempore amare, easque consecrari; consilium jam caput est, ac stat jam animo sententia, illas esse desiderandas. Hoc satis est; frustra nos urget amicus, & petit, ut aliquantulum sibi met indulgeamus, frustra voluptas sensus nostros palpat, frustra eadem ratio ex nobis saepe contrarium videtur exigere. Amicus, voluptas, ratio, animus, qui ita aliquid decrevit, quare nequeat. Peccator igitur eandem præfiteri constantiam; igitur se te victum non dederit illecebris peccati, quas fallaciter, fluxaque cognovit; igitur id, quod nuper damnavit, tanto ardore nequaquam consecraretur, & hæc actum adeo oppositorum commixtio, lumina hæc adeo contraria ignota essent, si sincerum, verumque caput fuisse consilium relinquenti peccatum, hic detestatio, integra fuisset, & qualem Sacramentum hoc exigebat. Ex manuscripto sermone Pater Stephani Chamillard de Recidiva.

Qui mortale peccatum dicit, fateor equidem, dicit Creatoris contemptum, ut peccator se ad creaturas convertat, sed contemptus iste nunquam magis contumeliosus est, quam in lapsibus repetitur. Cum primum aliquis in aliquo peccati labitur speciem, saepe accidit, eum labi, ut bonum aliquid consequatur, quod si cognosceret, illud fugerit, atque contemneret. Cupiditas exccrat, sensus fallunt, falsa præjudicia seducunt, & qui nondum hoc bonum gustavit, in illius possessione veram sibi beatitudinem pollicetur. At illud perhorrescit; de objecto in objectum discurret, ac nullum inveniens, ubi omnia perstravit, quod sibi satisfacere valeat, ad hoc supremum revertitur bonum, ita ut variis perquisitionibus suis distulisse potius, quam tulisse iudicium suum videatur. Hoc autem dicit nequit de illo, qui post decimam, vigesimamque exomologesim ad primum scelus revertitur, hic vere, & scienter creaturam creatori præponit. Hinc quidem sese cessit largitibus, promissionibus, magnæque Dei charitati; idque quotiescumque aliquo devotionis sensu peccatus accessit ad Sacramenta, & ad sacri Ministri pedes provolutus sincere errorem, ac scelus suum confessus est. Inde vero donec ejus cupiditas, & scelus valuit, expertus est quouique progressi posse bonum illud, quod ardentem adeo cupiebat; se ipsum non semel recepit, ut certe cognosceret, utrum nausea, quae fuerat affectus, justam aliquam haberet causam, nec ne. Attamen licet hanc ille insinuat comparisonem, licet sua doctus sit experientia, causam adjudicat fallaci huic, & contentiæ felicitati, ex quo in suum relabitur scelus. Comparationem videtur egisse, Non solum ingratus est, sed ingratitude ejus circumstantiæ turpillimæ sunt. Insignis obliviscitur beneficii; fidem, & ea, quæ in sanctis locis promiserat, revocat, benefactorem suum in ipso beneficio contemnit, & sacratissimum gratiarum fontem profanat: omnes hæc circumstantiæ notandæ sunt. Quo majus fuerat tibi collatum beneficium, eo turpius, & ne-

quior est ingratitude, per quem illius oblivisceris. Quodnam autem majus beneficium, quam justitiæ, & innocentie; quam tibi reddidit Deus, cum ad scelus tuorum aspectum commotus ad Sacerdotis pedes accessisti, ut illa imbre lacrymarum elueres, lateris, execraberis? Revoca in mentem, quas tibi tunc large, effusæque gratias contuleris: antequam scelus tuorum veniam obtineres, filius eras iræ; omne jus amisti ad spem hanc promissionum. Heu! Calamitas tua esse ne potest magis terribilis? Sed huic deplorabili crimini statim felicem oppone statum, in quo sacramento tui felicem constituerat: factus es Filius Dei, hæres regni illius, dignum objectum, in quo ille sibi placeat, & anima tua justitiæ, & puritatis honore decorata facta est templum Spiritus sancti. Post hæc autem oblitus benefactoris tui, omniumque beneficiorum ejus, eum iterum ledis, & provocas. Numquid majus fingi potest ingratitudeis monstrum? P. Massillon tom. 3. sermone de Recidiva.

Vis intelligere nequitiam, & enormitatem recidivæ? Hæc est reverti ad vomitum, quemadmodum Scriptura narrat; speciosas retractate promissiones, quas feceras Deo; ad arma rursus concurrere, & post pacem solemniter sanctam, juramentum, & post pacem indicere; & poenitentiam suam, ut quæque bellum indicere, & panitere. Ita cum ad scelus tuum revertitur, Domino dicit, refume tibi gratias tuas, ego vero meas cupiditates retineam; obliviscere poenitentiam, ac pro illatione meam, quarum ego jam oblitus sum: refume beneficia tua, & ego veterem quoque vivendi rationem resumam. Verbo, in scelus relabi, est mentiri, quidquid in sacro poenitentiae tribunali pollicitus fueras, est erubescere, quod criminum tuorum rubore fueras suffusus, est palam profiteri, quidquid feceras poenitentiam situm, nonaque suscipiens, per jocum, & derisionem te a factum fuisse. Idem.

Relabentis peccatoris ingratitude addere perfidiam; hic enim peccator foedus ad aras contractum conculat; solemnem promissionem in templo factam, & per ea, quæ in religione augustissima sunt, confirmatam antiquat; juramenta, quæ inter manus ministrorum Jesu Christi fecerat, prodit, & ejurat. His autem juramentis prætere nequit ignorantiam; sciebat ille, ad quod se se jurejurando adigeret; nihil fecit, quod illum non docuerit religio: illis neque violentia illa prætere potest; ultro ipse ad aras accessit; ultro ipse, motu proprio hæc promiserat, sibi que gratiam fieri putabat; si harum misericordiarum particeps fieret: post omnes hæc protestationes, juramenta, promissiones, revocat ea, quæ dixit; & profus oppositum facit eorum, quæ pollicitus fuit. Heu! Quam igitur redit cecitas tua! Religiosus es usque ad scrupulum in promissione, in jurejurando, in verbo, quo te aliquid mundo facturum recipis; cum vero agitur de fide præstanda Deo te tuæ perfidie non pudet! Idem.

Per te mihi liceat ante oculos tuos beatos illos revocare dies, quibus ad sacrorum tribunalium pedes provolutus temet de sceleribus tuis accusasti. Quomodo tibi professus te super omnia Deum amatorem esse, uni illi famulatum, nil aliud, nisi ut illi placeas, quaerendum, atque voti illius obtemperatum? Quot pro futuro tempore juramenta! Quisnam pro præsentis fervor! Quis pro præterito dolor! Quæ poenitentia; quod adeo sero incepisti, & illum, uti oportebat, non amasti! Postquam autem a Sacerdotis pedibus recessisti, nonne exurebanti lætitiæ interioris impetu dixisti, hoc gratia, ac poenitentia momento nullum aliud tibi in vita tua beatus contigisse; te nunquam in voluptatibus pari dulcedine fuisse perfusum; te nunquam felicem futurum fuisse sine Dei gratia, quam nuper es consecutus? Tertullianus ingratæ, post tot protestationes, humiles confessiones, authenticas promissiones, retrahis cor istud, quod dederas Deo! Ea prodit juramenta, quæ lacrymæ tuæ, utilitas tua, gloria etiam tua facta, & irrevocabilia efficere debuissent. Heu! scias, si ita perfidus es, ut ita irridetas, lapides ipsos horum templorum, qui fideles fuerunt tuarum lacrymarum, doloris, epulatumque testes, in te aliquando surrecturos; facta hæc tribunalia, ubi promissiones, & juramenta tua prolutisti, aliquando coram universo terrarum orbe proditura, ut tibi tuam exprobrent infidelitatem, atque perfidiam.

Per recidivæ peccatum retractantur promissiones Deo factæ.

In peccatum relapsus ingratitude addit perfidiam.



enim, egone ex eorum felicitum numero sum, qui reverentur? Haud equidem scio: si periculosum statum hunc perhorreitis modo, ac si in anima vestra foris inde emergendi cupiditas, manifestum indicium est, velle Deum in vobis hoc misericordiae suae miraculum operari. Ne finatis hanc vobis occasionem elabi. Idem.

Qui sibi non cavet ne recidat hunc vit obfuturam, justam tribuit occasionem existimandi, voluptatis amorem in ipso valere magis, quam bonae valetudinis. Nonne illatio aequae ferme necessaria est, hunc hominem, qui videt, qui veritatem, & colit promissive eos omnes, qui ipsum corumpunt, qui eadem licentia frequentat loca, ubi aer ipsi contagiosus est, qui semper istidem ceteribus, istidem spectaculis, istidemque solatiis, ubi toties defecit, interesse cupit, hunc hominem, inquam, nequaquam serio peccatum suum abdicasse? En autem, quod incedenter accidit in recidiva; nulla adhibere cura, nulla praecautio; immo ullam gere taderet, quia propria amatur infirmitas, & nemo extra relabendi periculum sese vult constituere, quod manifestum est fallacis poenitentiae argumentum. P. Cheminai tom. 1. sermone de Recidiva.

Sacramentorum abusus peccata debet in eadem peccata lapsus relabentem.

Si duos, vel tres annos transegeris, quin umquam ad Sacramenta accederes, & ego tibi ob oculos peccatorum myriades objerem; toties enim per hoc tempus essem relapsus: hic numerus tibi profecto supponere injiceret, te ipsum horretes, & sancto terrore percitus cum Davide psalm. 39. diceret: Multiplicatae sunt super capillos capitis mei; tua vero potentium impoenitentia efficeret, ut futurum tempus considerans contremisces. Heu! diceret, singulis diebus scelera sceleribus addidi, & nullum eorum per poenitentiam delevis, quid de me fieret, si hoc in statu deprehenderet? Fortasse hujusmodi cogitatio ex oculis lacrymas contritionis eliceret; & metus judiciorum Dei efficeret, ut de integra, perfectaque conversione cogitares. Quis autem, quid te modo confirmat, quid vetat, ne statum tuum videns contremisces? Namquid morum tuorum mutatio? Haud ita profecto; notum enim te semper eundem esse. Quid ergo? Quod peccatorum tuorum numerus permixtus est pari confessionum numero: portentosa haec poenitentiarum, recidivarumque commixtio, quae tuum augere debet terrorem, sola ratio est, quae tuum tuum efficit tranquillum, hoc est, abusus Sacramentorum, qui aliis sceleribus sacrilegii circumstantiam addit, tibi gignit tranquillitatem. Quin tibi met ipse dicas, si decem annos sine facramentis vixissem, me ipsum putarem Dei ira, & Ecclesiae saluberrimum dignum, sed vixi, quasi ad illa nunquam accessissem; non ideo minus memet meis abdi iniquitatibus, & iterati lapsus mei me non conturbant. Idem.

Adorabilis Salvator, si de te, non secus, ac de hominibus iudicium ferremus, salus relapsorum omni prorsus esse caret. Verum quidem est illis sperandum esse magis, quam metuendum; sed misericordiae tuae nondum exhausta sunt; idem sanguis, qui eos toties abluvit, de venis tuis adhuc potest fluere, & si dicis in evangelio miseri hujus hominis, in quem demones redeunt, statum deteriorum esse illo, in quo antea fuerat: nos videlicet doces, curationem peccatoris, qui postquam de peccato suo liberatus est, relabitur, esse longe difficiliorum, sed quantumvis difficilis ea sit, non esse tamen impossibilem. Omnia potes Domine! & quo majora sunt peccata nostra, misericordia tua, quae nobis illa dimittit, eo majorem habebit latitudinem, & gloriam. Sine ergo, ut bonitatem tuam imploraturi nosmet ad pedes throni gratia tuae procumbamus, teque urgeamus, ut hac etiam vice illa nobis dimittas pollicitis nunquam impostum fore, ut peccati illecebris, ac demonis sollicitationibus superemur. Joly tom. 3. propositio in pro Dominio. 3. Quadrag.

Undenam semper in eadem peccata relaberis, nisi quod is non uteris subsidio, quae te possent praeraryare? At undenam sit, quod his non uteris, nisi quod peccatis efficaciter abrenunciare omnino non vis? Velle enim efficaciter, est subsidio omnibus uti. Tibi satis est vaga, & generali relinquendi scelus voluntas, sed quae nihil conatur, nisi ut temet ipsum fallat, atque decipiat. Hoc velle nolle est, vel saltem non est velle eo modo,

Qui sepius recidunt in sua peccata, ostendunt se inaeconscientes nolle.

qui ad poenitentiam sit satis. Credisne ergo affirmanti se sanari velle, ubi quamlibet resipuit medicinam? Nonne hoc ipsum agis? Numquid credendi locus est, te efficaciter curationem tuam velle, cum ea negligis adminicula, quae eadem tibi posunt procurare? Sed obices fortiores sunt admiculis, inquis, & hic fons est lapsum repetitorum. At quoniam hi obices sunt? Cupiditas, commercium, occasio? Ullumne, vel mediocre executum conatum, ut cupiditatem hanc superares? Ullamne tibi met ipsi vim intulisti, ut resisteres propensioni illi, quae te erga illud obiectum rapit, quod te huic implicat occasio? Nonne te finis trahi, quin contra vel minimum obnitaris? Obices isti magni sunt, verum si superandi essent, ut bonorum tuorum, valetudinis, vitaeque tuae salutem evitares, te nequaquam terrent; at terrent, cum de scelere eductus sermo est. Undenam hoc oritur discrimen, nisi ex discrimine voluntatis, cum qua haec vis? Alterum quidem efficaciter vis, alterum vero non item; cumque voluntas tua evitandi peccatum efficaciter nimit sit, sincerane est poenitentia tua? P. Nepeux tom. 1. christianaum considerationum pro die Martii decima septima.

Si toties in scelus recidis, non times fore, ut tandem illinc temet colligere nequeas? Quo alior lapsus est, eo violentior, & periculosior est, & non nisi majori cum difficultate illinc confurgis. Qui Dei gratia fruitor, hic sane ad altissimum evehctus est cacumen, quoniam adhuc Deo; & in immum decidit, ubi recidit in crimen, quod toto celo nos a divina separat maiestate. Ut autem ex adeo profunda relevemus abyssum, ingentibus opus est conatibus; utque hoc exeramus, forti opus est gratia. Qui adeo frequenter relabitur, & qui frequenter adeo divinis abuitur gratis, hincine meretur, ut sibi Deus peculiariter aliquam, validioremque conferat gratiam? In hac autem confidere, nonne est ea in re, quae incertissima est, spem suam collocare? Non solum non sperandi, verum etiam metuendi locum habet, ne hanc denegat Deus, quippe recidiva sua illum prostratum indignum efficit propter circumstantias, quae illam concomitantur. Idem tom. 3. pro undecima die Julii.

Qui in peccatum relabitur, ingratitude, atque contemptu addit periculum. Post tot protestationes, adeo frequenter iteratas coram Dei viventis ministris, necnon ut ita dicam, Corpore, & sanguine Jesu Christi signatas, Christianus ita perdidit est, ut omnium oblitivatur promissionum, ut illas infringat, itaque ubi seise vel minima obtulerit occasio, ubi levissima illum urgeat tentatio, ut miser placeat creatura, ut turpem cupiditatem adimpleat? Ad hoc ut ex adeo frequentibus lapsibus tandem confugeret, potentibus victibusque gratis indigeret; homo vero, qui haec contempnit Deum; potest ne sine horribili presumptione hujusmodi gratias exigere? Idem.

Homo peccator, qui a poenitentiae Sacramento recedit, similis est servus, atque nocentibus nuperime ex carcere egressis: aere lumen intinent, brachia, manusque eorum livescunt ob catenas, quibus adstricti fuere, non nisi summa cum difficultate moventur, vix se liberos esse putant, quamvis compedes, manicaeque contractae fuerint, atque gratiam impetraverint. Paulatim sese confirmat, oportet, lucem sensum videre assuecant, atque cicatricibus suis medeantur. Hoc ipsum conversis peccatoribus accidit: peccatum suum reliquerunt; verum cum adhuc infirmum sint, & imbecilles, novas fumere debent vires christianarum virtutum exercitatione, ne, ubi prima sese obrulerit occasio, relabatur, ac iterum obrudantur in vincula, quae adeo feliciter perfringere. Auctor Anonymus.

Ad peccatum, cujus poenituit, & venia impetrata fuit, reverti, ne istud est perdidit habitum jungere ingratitude. Heu! Centies tibi pepercit Deus, centies Deus curam gerit obligandi vulneris tui, ac centies appositam medicinam abiecit: centies te ex flammis eripuit, quae circumundique te obsidebant, ac centies rursus temet in eas coniecit. Post hac quodnam remedium? Insanabilis fractura tua. Peccatum hoc nonnullis doctoribus adeo horribile visum est, ut affirmare non dubitaverint, Deum omnes deinde gratias auferre, quas poenitenti peccatori concefferat. Nimis severa haec sententia est, nullique innititur fundamentum: e con-

Quo lapsus in peccata relaberis, eo efficacius inde te recipis.

Perfidia est promissiones Dei factas violare.

Quomodo nosmet genere debeamus, ne post poenitentiam labamur.

De ingratitude peccatoris in ea relabentis criminosa, quae fuerat excoctata.

tra vero S. Paulus inquit, Dei dona, & beneficia esse sine poenitentia, hoc est a Deo nunquam tractari. Verum quin severitas ista perperam avertat nos maneat, dico tamen, extrema haec ingratitude speciem gratiarum exhauriri fontes, easque a Deo subtrahi, prout scelera sceleribus addimus. Ex manuscripto sermone.

Verus fidelis semel quidem, vel bis falli potest; sed parati criminis horror, & praecautio, quam deinde contra proprias adhibet infirmitates, nunquam fere permittunt, ut in eadem recidat facta. Gratia nobis in Scriptura exhibetur sub imagine belli, atque inter plures rationes, quae profertur postunt, haec omnium mihi videtur aequissima; quia videlicet belli in illi potissimum cura, & labor impenditur, ut illi communiatur loci, quos experientia docti infirmiores esse didicimus, contra inimicorum impetum roborantur, tantumque diligentiae adhibetur, ut tandem nulla vi possint expugnari. Mortalis, quicumque tandem ille sit, errare potest: verum si jugem habeat intentionem sese corrigendi, vix fieri posse crediderim, ut sepius in eadem gravia peccata relabatur. Auctor Anonymus.

Ex his omnibus, quae ad damnationem nos adducere possunt, nihil aptius nos in desperationem conicere potest, quam frequens recidiva, quae omnia salutis nostrae adminicula, quibus uti licebat, attrivit, atque irrita efficit, quae noxia fecit salutaria remedia nobis a religione proposita, confessiones, communiones, sacramenta, preces, secessus, predicationes, & quae harum rerum omnium fructum prohibuit. Quomodo nam post tot recentes lapsus sperat aliquis te vires sua reparaturam, atque relatum victoriam, postquam tandem inuoluit certaverit? Quis sperare potest se in mortem sanatum iri, cum dum viveret omnia epotavit pharmaca, quin inde convalescere possit? Et si ad extremum usque vix anhelum peccati habitus geritur, quae umquam salutis spes esse potest? Quomodo damnatio, atque aeternae poenae metuenda non sunt, cum quotidie homines in suo peccato mori videantur? Sermo manuscriptus.

In mente illorum, qui saepe recidunt, atque in ea scelera, quae relicta fuerant, relabuntur, non desunt falsa praedicia, propter quae illi salutem suam modo tamquam rem nimis facilem, modo vero tamquam aduam nimis respiciunt. Evangelium, inquit, non est adeo terribile, sicuti nobis exhibetur; tantum metuendum non est, quantum nobis obtruditur. Dei misericordia semper est praesto, ut non recipiat, inexhausta est, & adeo benefica, ut non expectando minime fatigetur. Ecce quomodo falluntur nonnumquam mortales circa salutem faciliatate: sed falluntur etiam nonnumquam circa eisdem difficultatem. Salus negotium est nimis difficile, inquit, ad illam pervenire non licet, tot curis, atque praecautioibus opus est, semper sibi met quilibet invigilare debet, semperque cum visibilibus, atque invisibilibus hostibus decertare: tot denique, & tam onerosas conditiones requiruntur, ut animus ad illam operandam nequeat applicari. Haec duo sunt praedicia omnino abiectanda.

Ezechielis propheta cap. 17. visio figura est ejus quod accidit perisique peccatoribus post suam poenitentiam. Videbat Propheta ante oculos suos insensum terrae spatium, & ubique confusam ofusum, cadaverumque multitudinem; hic est Christianorum status ante poenitentiam; peccatum dominatur ubique, peccatum ubique effusum est. Respice Propheta, Deus inquit, quid putas de offibus istis? Vivent ne ossa ista? Loquere ad illa, & licet mortua, licet sensu carentia audient vocem tuam: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: ossa arida, audite verbum Domini: Propheta loquente omnia moventur: Ecce commotio. Ossia invicem ad se accedunt, & quamprimum in corpore coalescunt: & accesserunt ossa ad ossa. Ad nostram vocem, ad Ecclesiae praecceptum, quod vobis annunciavimus, statim adio, motus, majori praecibus assiduitas; frequentior Dei verbo assistentia: Ecce commotio. Accessit ad Sacramenta, Confessio, Communio: & accesserunt ossa ad ossa. Venit spiritus, hic vix spiritus, frigida, atque carnea corpora excitavit: & ingressus est in capillus, & viderunt. Divina potentia miraculum! Sed quid ajo? Magnus hic exercitus, juxta Prophetam verba, exercitus iste vivens, & resuscitatus, phantasma est, somnium est; momento appa-

ret, & momento evanescit, Propheta nihil videt amplius. Haec applicatio simplex est, atque argumentum accommodata. P. Girouss serm. pro feria tertia Pasche.

Quamvis inconstans sit voluntas, tamen repente non mutatur in his, quae fortiter voluit; tempus, ut ita dicam, eam preparare debet, debet primi consilii ideas abolere. Hoc quotidie in mundi negotiis deprehenditur. Sed, o caece mortalis, peccatum in te statim impressionem facere video; poenitens, & peccator, eadem ferme hora ab uno ad alterum extremum transvolare te adipisco, quin ullum detur medium; amare, quod oderas, deperire, quod evitare decreveras. Ne putes veram fuisse poenitentiam tuam: haec mutationis celeritas nos de praeterito facile erudit. Numquid aliud ferres iudicium de inimico in gratiam reverso, qui eadem die tibi contumeliam inferret? Si venia imperata recenti exciperetur injuria, si tibi vim inferre non expectaret, donec a te dilaberetur, credere ne posses, illum succere, & ex animo tecum in gratiam rediisse? P. Cheminai.

Non agitur hoc in loco de quibusdam mortalibus, qui postquam centies peccata sua confessi sunt, semper ad eadem scelera reveruntur, eadem semper recinentes non mediocri momenti omnibus in confessionibus: affirmo nullam in ipsis dari recidivam, hujusmodi enim peccatores nunquam consurrexerunt. Hujusmodi vita non intermissa est peccatorum continuatio, quia eorum poenitentia fallax est, & nefaria, quippe per sacrilegium additur novum scelus sceleribus, quae in confessione narrantur, quin deleantur; quia firma non adest eadem deferendi voluntas, quoniam nulla unquam mutatio videtur. Sed illi se vite rationem immutare velle profiterentur, se ipsos accusant, humiliant, ad misericordiam confugiunt, neque lacrymis, & eulatiis parcunt. Atamen si nulla videtur correctio, nullus sincerus voluntatis effectus, hac hypochritica potentia est, ut loquitur Tertullianus; hi relapsi non sunt, neque enim foere poenitentes. Maimbourg sermone de recidiva.

Satenas semper viam quaerit, qua revertatur domum, unde fuerat eiectus; neque irconciliabilis hic inimicus requiem invenit, nisi cum nobis insigne aliquod inferat malum. Cum nostrae videat felicitati, exitium nostrum illi cedit in lucrum, virtus autem in supplicium. Hoc sua potissimum interesse putat eo reverti, unde expulsum fuit; etenim recenti sibi gloriae vertit recentem agere de illo triumphum, a quo victus, fugatusque fuerat. Ne nosmet igitur decipiamus, demonis artes nunquam nobis magis metuenda sunt, quam cum illas vicimus; ille quoque vicissim nos vincet, si ob victoriam magis superbi, vel cauti minus fuerimus. Abbas de Monmorel homil. in tertiam Quadragesimae Dominicam.

Familiares est videre Christianos, qui peccata sua confitentur, eorumque se dolore, ac poenitentia confici, quibusdam anni temporibus testentur; sed qui vere convertantur, sunt pauci, & hodie dicere possemus, quod olim S. Ambrosius lib. 2. de Poenitent. cap. 9. Plures hodie praesto sunt, ut scelera sua confiteantur, eaque, ubi confessi fuerint, rursus committant; sed hoc quia ipsum conscientiam exoneret, onerat Sacerdotis conscientiam; etenim ut quidam Pater ait, qui iterum committit peccata, quorum se poenituit, irrisor, non poenitens est, & non tam Dei misericordiam humiliter petere, quam superbe eidem insultare videtur. Idem homil. in Dominicam in Albis.

Poenitentia proprie loquendo non aliud est, quam Deum inter, hominemque contractus, quorum mutua sunt promissiones: homo quidem pollicetur, se Deo non ultra injuriam illaturum; Deus facta peccata vero homini, se nunquam illum relaturum. Sed relapsus peccator fidem non praestat suam, quamquam Deus suam servare fidem velit: & licet jurjurando affirmaverit, a se nunquam Deum laesum iri, eum laedit tamen, & afficit contumelia. Pax ista, & reconciliatio ipso Jesu Christi sanguine signata fuerat, qui per communionem illum veluit aeterna amicitia pignus tribuere fuerat dignatus. Peccator hoc signum infringit, hujus adorabilis sanguinis notas obliterat, ac se divini liberatoris sui inimicum profiteretur. Quodnam perdidit monstrum! Quid autem! ubi cum hominibus agendum de rebus temporalibus, hodie bonam jactamus fidem, & sinceritatem, & haec virtus est, quam

Quorumvis inconstans sit voluntas, tamen repente non mutatur in his, quae fortiter voluit; tempus, ut ita dicam, eam preparare debet, debet primi consilii ideas abolere.

In perisique peccatoribus non mediocri momenti omnibus in confessionibus: affirmo nullam in ipsis dari recidivam, hujusmodi enim peccatores nunquam consurrexerunt.

Plures sunt poenitentes, quosdam annis temporibus testentur; sed qui vere convertantur, sunt pauci, & hodie dicere possemus, quod olim S. Ambrosius lib. 2. de Poenitent. cap. 9. Plures hodie praesto sunt, ut scelera sua confiteantur, eaque, ubi confessi fuerint, rursus committant; sed hoc quia ipsum conscientiam exoneret, onerat Sacerdotis conscientiam; etenim ut quidam Pater ait, qui iterum committit peccata, quorum se poenituit, irrisor, non poenitens est, & non tam Dei misericordiam humiliter petere, quam superbe eidem insultare videtur.

Per recidivam praemissa peccata deo facta perfringuntur.

quam omnes sibi merito adscribunt, non erit autem nisi coram Deo, cum quo perfidos esse, nihilque probitatis habere gloria sibi quilibet vertit. Si quis in mundo alicui ex ima plebe id faceret, quod peccator erga Deum, vita haberetur indignus, & nemo illum dignaretur adscribere. Heu! turpis est ignavia creatura datam non prestare fidem, & sextenti gloria sibi vertent, datam Deo fidem infringere? Specimen sermonum pro tertia Quadragesima Dominica.

Optima, ne recidas, diligantia est sibi met ipsi sovialare.

Hofes facile hostibus semper insidiantur, qui sibi negligentius cavent; sed arces diligentibus excubitis, vigilisque servatas difficile capiunt. De animabus idem, ac de manibus arcibus dicendum est; ne inimicorum rursus incursionibus, semper invigilandum est, omniisque cura, & praeavio adhibenda; quod probat, vigilantiam potissimum esse rationem, qua nosmet tueri possimus, ne relabamur, atque animam nostram in amore Dei, & fide debita eidem servare. Eo verè impensius nobis ipsis invigilare debemus, quo pluribus circumsepti sumus inimicis, qui undique insidias struunt, & nihil intentatum relinquunt, quod nos perdere possit. Vigilans eorum nequitia nos admonet, ut nobismet ipsis invigilemus, ne decipiamur: Ab ipsis inimicis admonemur, quomodo pro nobis vigilare debeamus, August. serm. 77. de diversis. Ex libro, cui titulus, Bellum vitæ.

Quomodo ultra in peccatis non relabi possimus.

Ex S. Cypriano dicitur, Deum in gratiarum suarum distributione nequaquam nostram libidinem sequi. Ipse ordinem constituit, quem diligentissime servat. Quem autem hunc esse putas ordinem quem servat in distributione gratiarum, quas conferit peccatori sincerum habenti desiderium ad ipsum redeundi, ut illius certam faciat conversionem? Prima, quam illi Deus contert, gratia est mortalem illi horrorem immittere occasione peccati, perfectamque aversionem ab omnibus periculis, quae illum recidivæ obicere possunt. Si prima huic gratia fidelis existerit, si, uti opus est, eadem usus fuerit, Deus in inopinatis occasionebus, in acerrimis tentationibus illi non deerit, sed novas subinde conferet gratias, ut eundem victorem efficiat. Hic ille ordo est, quem Deus sua sapientia constituit, & qui servandus est, ut a repetitis lapsibus ablineamus. Quid interim? Plerique eorum, a sceleribus suis se receperunt, ordinem hunc evertunt, ut oppositum severtent; velent sibi licere in illis occasionebus, quae adeo sanctæ existerent, verari; sed ibi quoque Deum esse velle, a quo præsentis periculo liberarentur. Quid semper hac in domo subsisteret vis, neque ab hac societate recedere, ubi toties gravissimis consiliis fuit vulneribus, & putas futurum, ut te Deus in hoc statu præteriret, ne eum lædas, atque omnibus inimicorum tuis te invulnerabilem præbeat? Error est, illusio, stultitia. De la Font. Dans la suite des entretiens ecclésiast. pro tertia Quadragesima Dominica.

Recidiva in peccatum vitabilem ostendit nihil vitæ iustitiae, arguet contemptum.

Veritabile non videtur, poenitentem scelus suum iterum poenituisse ex puri, integrique erga Deum amoris causa; alioquin non ita facile relaberetur. Nobilis, & ardens charitas in anima flammæ suæ aperta relinquit vestigia, quæ plerumque non ita facile delentur; divinæ ultionis terrores non minimam habent in dolore illius partem. Consilium igitur cogit petendi veniam, ac desiderium obtinendi illam, timuit quippe ac ab inexorabili iudice, quem effugere non poterat, puniretur. Hoc in animæ suæ statu aliquam saltem aperuit partem rationum, propter quas trepidabat; ac se beatum putans, eo quod minime proruit in eam peccatorum abyssum, quo illum sua urgebant peccata, perhorruit periculum sese illis impolterum obiciendi. Perterritus plagis, quibus illum nequaquam percutere placuit Deo, inquit consilium per poenitentiam Dei brachium cohibendi. Vitæ incertitudo, irreparabilia mala, quæ mortem in peccato subsequuntur, confusio, ignominia, poenæ, contumeliosæ hæc omnia simul terribilia objecta conspexit, suamque securitatem in poenitentia quaesivit. Supremi iudicis misericordia illum respexit, illum periculo liberavit, illum in viam salutis redemit. Mox vero omnem iustitiam, & misericordiam ideam abiecit, ut se iterum suis abdat flagitiis. Verum credine potest, illum suo perterritum fuisse periculo, suumque iudicem expalluisse, si ad irugem non rediret? Sin autem ad irugem non rediret, licet ita perterritus, quid de periculo, & iudice illius est cogitandum? Nonne affirmare pos-

sumus, non timeri Deum ab illo, qui eundem lædere non cessat: ubi metus nullus, emendatio proinde nulla; Tertullianus lib. de Pœnit. c. 2. ait. Liber qui inscribitur: Remarques sur divers sujets de morale, &c.

Rationes eadem, quæ peccatorem ad præteritorum criminum poenitentiam agendam impellunt, illum prohibere quoque debent, ne recentia committat peccata, eumque tantum ob innocentiam tuendam cautum efficere, quantum dolet amissa. Inter duas hæc sententias iusta adeit proportio, nexuseque necessarius: horror injuriæ, quæ Deo potest inferri, æquare debet dolorem injuriæ, quæ eidem illata est; vel horror hic, & dolor uterque mendaces sunt. Fidei veritates non mutantur; & si poenitentia nostra secundum hæc veritates est dirigenda, poenitentia nostra confirmare debet, & propositum, quod nos a Dei offensione removet, & dolorem, qui efficit, ut eam detestemur. Cur in hac mentem venisti, ut a Deo inobediencie tuæ veniam expeteres? Cur illam damnas? Cum hæc adeo sincerum, & acrem dolorem parit? Quia læsisti Deum infinite amabilem, cui debes, quidquid es; quia illius metus iustitiam; quia unicum mortale peccatum te in æternum perdere potest; quia omnia adminicula, quorum ope resurgere potes ex eo malo, in quod peccans te præcipitem dedisti, incerta sunt; quia gravia pericula, quæ subsisti, tibi adhuc impendent, atque semper impotentem illinc elabi tibi erit difficilium. Hæc sunt veritates, quæ te moverunt; hæc vim suam amittunt nequeunt; immutabiles sunt, atque certissimæ: inde igitur sequitur, quod eadem revocare in mentem factis est, ut tantum fidelis sis in officiis tuis obediens, quantum infidelis fuisse te poenitet. Idem.

Habitus non sine magnis difficultatibus corrigitur; objectum quod placet, facile eam, cui placet excitat cupiditatem: non opinata occasio consilium, propositumque concutit; vis dia sibi illata virtutem ipsam labefadat; peccati etiam tunc potest, cum peccasse nos bona fide poenitet; nihil exaggeramus. Verum enim vero sine ulla simulatione dici mihi, utrum verisimile sit innocuum ducendi vitam inquit consilium, qui facile esse innocentem definit, qui intra modicum temporis intervallum obliviscitur doloris, peccati, propositi, ut iterum peccet? Quomodo namque idem alio adeo in anima impræfixe tam cito deleri possunt? Quomodo metus mali, quod adeo perhorrescimus, adeo facile evanescit? Quomodo imago tot argumentorum terroris, & vigilantia, quomodo imago tot circumstantiarum, quæ rationem, fidem, conscientiam effecerant; repente ferine dissipantur, quin eorum ratio vix, & ne vix quidem habeatur. Quamnam probabilitatis adeit species, voluntatem, quæ adeo molestis conatibus suam recipit libertatem, adeo tranquille ad sua vincula rediret Spiritum, cui tot argumentis persuasum fuit de periculo errore suo, adhuc errare, quali nihil cogitaret, nihil prævidisset, nihil damnaisset? Poenitens sese humiliat, contremiscit, plorat ante thronum iustitiae Dei, sextentis protestationibus se non amplius peccatorem pollicetur, atque præ dolore ante divinæ misericordiae tribunal contabescit, nihil intentatum relinquunt, ut abfolvatur. At ubi peccati detestandi tempus elapsum est, omnes isti diversi motus extinguuntur, ac per recentia peccatum jam alii similes preparantur. Idem.

Ubi peccator lenit, & mendacem fuisse poenitentiam, quam se egisse putat, & fallacem esse veniam, quam se consecutum arbitratur, satis esse feret interrogare, quid naturaliter hæc verba significant, Poenitentia, & Venia. Quis enim intelligere potest, aliquid illius poenitere facti, quod facere perleverat? atque illius facti veniam obtinere, cui iterum injuria afficitur, numquid veniam concedit ad unum peccatum, & attentius harum locutionum sibi locum facere velit, se perterritum esse eorum vincolorum, quæ nunquam infringit? Oblivioni traditam fuisse injuriam, de qua conquerendi adhuc superest locus? Prima idea, quam poenitentia in mente ciet, est cessatio ab iis rebus, quæ eandem pepererunt: prima impressio, quam in nobis excitat venia, procedit ex cessatione injuriæ, quæ illata fuit. Idem.

Per recidivam in scelus Spiritu sancto affertur injuria, quæ illum alligere potest, nisi immutabile sit.

Rationes eadem, quæ peccatorem impellunt ut subvertat poenitentiam, prohibere etiam debent ne resurgat peccator.

Indicium est se corrigere non posse, ubi sepe in eadem recidit.

Inconstantia peccatoris facile relabit illum poenitentiam gratiam non recipit.

Contumelia Dei illata per recidivam in peccatum.

lis esset naturæ. Hoc exprimit S. Paulus dicens ad Hebr. 10. Spiritus gratiæ contumeliam fieri. Per gratiam remissionis peccatorum participes facti sunt Spiritus sancti; per peccatum vero contumeliose repellimus hunc gratiæ, & bonitatis spiritum, qui sceleris nostra delataverat. Peccatores, qui Baptismum suum violaverunt, ulterius, ut S. Pauli sententia, progrediuntur: iterum crucifigunt, atque Dei filium conculant, pollunt sanguinem testamenti ipsius, per quem sanctificati fuerunt, & Judæorum instar passiones ejus vertunt in ludibrium. Sed Judæi illum non cognoscebant, & si cognovissent, numquam gloria dominum crucifixissent. Nos vero, qui illum cognoscimus, qui in nomine ipsius sacro abluti sumus baptismate, sed qui post amissam gratiam, per poenitentiam iterum adepti sumus, qui toties sacrum Corpus accepimus, omnia sacramenta violavimus, Baptismum, Poenitentiam, Eucharistiam, atque Dei filium scientes, volentem indigni accepimus, quam qui illum ignorabant, quodnam suppliciorum augmentum per ingratitudinem in caput nostrum convertimus? Bossuet Melensis Episcopus in libello de Jubilæo.

Temeritas est sperare fore, ut Deus nobis conferat gratiam, condempnandi, si in scelus idem relabimur.

Quam fuisse Jonæ temeritas, si iterum eandem confendisset navim? Nonne sese periculo objecerit futurum, ut iterum in mare projiceretur? Numquid Deus novum pro illo patratet miraculum? Numquid officiosus piscis secretis providentiæ mandatis illi rursus præbisset perfugium? Si Israelitæ solitudinis suæ perterriti, vel fatigati præliis, quæ quotidie ipsis erant obunda contra hostes sibi transitum prohibentes, in Ægyptum redire voluissent, nunquid Mare rubrum, ut antea, suos cohibuisset fluctus, ut facile libertatem consequi possent; Et si Lazarus eam tueri vitam nelexisset, quæ sibi adeo insigni miraculo reddita fuerat, pro pretio illum habere visus fuisset, cujus misericordia, ac potentia de mortis sinu fuerat avulsus? Itinc concite fratres, quodnam de vobis ferit iudicium queat, qui nullo in discrimine habere videmini beneficii in poenitentia sacramento vobis concessum, videlicet peccatorum vestrorum veniam, integramque reconciliationem cum Deo vestro, quem toties, ac tam crudeliter læsistis; quodnam, inquam, de vobis ferit iudicium possit, qui de felici eo decidistis statu, in quo vos gratia collocaverat, & quem summo cum labore recuperastis. Numquid Dei amicitiam adeo contemnitis, ut illius jacturam secundo tacere pro nihilo habeatis. Ex morali dictionario.

Inconstantia peccatoris facile relabit illum poenitentiam gratiam non recipit.

Equidem scio, immutabilitatem nequaquam inherere gratiæ sacramentorum, neque statui fidelium super terram: hæc pars est gloriæ, & beatorum in celo: sed certissimum est, poenitentiam gratiam gratiam esse stabilitatem, atque constantiam. Quemadmodum nos, ubi lapsi sumus, attollit, ita roborat, ne labamur: tristitia, quæ est secundum Deum, magnus inquit Apostolus 2. ad Corinth. 7. poenitentiam stabilem operatur. Ecce expressa stabilitas, poenitentiam stabilem. Nec celeriter, nec facile caditur. Et hæc causa est, propter quam totis artibus contremisico, ubi adeo frequentes relapsus video post confessiones, ubi sese prima offert occasio, sæpe etiam sine sollicitatione, & sine causa peccatur. Hinc vehementer timeo, ut omnes hujusmodi confessiones inuiles, & sacrilegæ sint: neque enim video hunc proprium sacramenti effectum; neque stabilitas ista deprehenditur. Gratia stabilitas recepta non fuit; igitur neque sanctitatis gratia, neque gratia iustitians. Quomodo vero vultis, me in vobis hanc consistentiam gratiam agnoscere, cum sitis semper inconstantes; Numquid firmas hæc in iteratis lapsibus, & poenitentia vestra soliditas in vestris infidelitatibus nitet; Ex collectione sermonum delectorum P. Champigni sermone hujus argumenti.

Peccatum per recidivam immedicabile sit.

Regius Propheta varios impietatis gradus recensens, omnium novissimum vocat cathedram corruptionis, & pestilentiam, in qua sedit peccator, quod aliter explicat, cum ait animæ cicatrices per incuriam suam computruisse; quasi vellet innuere, primos peccatoris lapsus esse tamquam vulnera adhuc recentia, quibus mederi facile est, si statim medica manus adhibeatur, sed quæ, si negligantur, vel recentibus addendo criminibus exacerbentur, magis irritantur, & periculosius inflammantur eoque, ut postquam aliquod temporis spatium in scelere fuerit perleveratum, in corrupta immutentur ulcera, quorum desperatur curatio:

Putaverunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. Psal. 37. Abbas du Jarry tom. 1. sermonum, sermone Quadragesima.

Illi, Tertullianus ait, qui ex naufragio evaserunt, fere nolunt amplius navem conscendere, neque vitam suam maris infidelitati obicere: vel levissimo terrentur periculo, & gratiam, quam receperunt, perpetua colunt memoria ejus calamitatis, ex qua liberati sunt: Dei beneficiam, salutem scilicet suam, memoria periculi honorant. Vos autem, quos Deus ex longe funesto eruit naufragio, rursus volmet istdem obijctis periculis; hoc indicio est, hocci a vobis fieri gratiam, quam estis consecuti. Laudandus est timor, & rationabilis diffidentia eorum, qui ex naufragio incolentes evaserunt, nolentes ultra graves esse divini misericordiae, ut Pater hic loquitur, neque aut iterum periculum facere ejus rei, quam formidare inceperunt. Vos autem miseri, neque peccata vestra perhorrescitis, neque adeo aperta mentibus pericula, quasi nunquam vobis esset moriendum, vel quasi post iteratos lapsus divina misericordia, cui adeo frequenter oneri fuistis, vobis incensanter brachium tendere debet. Job propositione pro tertia Quadragesima Dominica.

Sæpe frustra cum Deo recalcitramus, laus pacis adeo sæpe violatam.

Hicse relapsis peccatoribus, qui quotannis cum Deo in gratiam redire conantur, ubi Pauciales imminet terit, & pacem petere volunt toties per summum nefas violatam, nonne illud ipsum respondere possumus, quod olim quidam Romæ Senator populus, qui legatos miserant, pacem, quam bis fregerant, exoraturi? Liceat per vos mihi hoc ex prolana historia delibare factum, cuius proflus sancta erit applicatio. Quid? pacem petitis, Romani dixerunt, & vos illam adeo solemniter juratam periregissis? Aliofne Deos habeatis, per quos jurare possitis, alias habeatis victimas, quarum cruor pro vestra fide spondere possit? Hoc ipsum dico tibi, Auditor charissime, qui periregissis pacem, & sedas amoris, quod cum Deo ad aras percussuras? Altamne victimam habes, curas languine reconciliationem efficere valeas? aliud habes nomen, per quod jurare possis? Haudita sane; nullum habes. Quem autem sistere potes vadem eorum, quæ in tempus futurum polliceris? Sermo manuscriptor.

Quid? Scelera tua in diem ulque poenitentia tua produxisti? Momentum, quod scelus tuum præcessit, adeo prope subsecutum est poenitentiam tuam, ut inter utrumque vix diei unius intervallum invenitur. Post hæc miram ne decet esse, si ubi solemniter desistere, te tui trahant auctus, studia omnia resorecant, familiaritates, quæ suspitione non vacabant, iterum incipiunt, spectacula ut olim instaurantur? Videtur quidem nihil impetus diminutum fuisse cupiditatibus tuis; hæc nequaquam infirmata, atque omnia studia tua eadem semper futura videntur. Hæc non est infans prædictio; millies experti estis; lapsus tui momentum pone subsecutum est illud justificationis tua: hæc ferres cupiditatum vix intercessa, hæc horrida virtutum, virtutumque, sancti, profanique permixtio totidem sunt testimonia, tibi nunquam verum peccatorum tuorum dolorem fuisse.

Recidiva indicio est, nunquam poenitentiam peccatoris.

Putant satis esse, lethali peccato mortem intulisse aliqua poenitentia specie; non metuunt ultra sese deinceps periculo obicere; periculose dulcedinis illecebra capti iterum eandem neclunt familiaritates, iterum sese mundi commercio impediunt, male sopitas excitant cupiditates, ac repente odisse cessant luxum, vanitatem, & mundanas voluptates, contra quas horrorem aliquem concepisse videntur. Hoc pacto sensim mundum versus redeunt, & quam primum amare incipiunt ea, quæ reliquerant. Hoc pacto homo, qui conversus videbatur, sensum laxatur, primos recipit habitus, & cæce amoris proprii impulsus sequitur. Ex sermonibus editis sub nomine P. Bourdaloue.

Sensum relabimur in vitia, quæ reliqueramus.

Mundana mulier abdicat quidem nitidiores mundi pompas, corruptiores consuetudines, ludi amorem, exempli gratia; verum adhuc luxum non odit omnino, mundo displicere timet, neque vult adhuc illi bellum indicere. Turpis circumspicendum timida devotionis; turpes reliquæ peccati vos estis proximæ recidivæ causa. Placet primum vanitatis insignia gestare, mundi existimationem sibi conciliare vult, paulatim in cœtus, & societates se trahi patitur, & post hæc super videns se per sextentas vias, quæ sentiuntur quidem, revocatam. Væ nobis? Cur ingentia tantum